

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 4: De aliis virtutibus Caput 26: De honestate vite (12)

Unde Isidorus:

Hii qui supernam patriam desiderant,  
non solum malorum mores, sed etiam consortium fugiant.

Si fueris socius bonorum, eris et virtutis eorum.

Similis enim simili coniungi solet.

Sicut multa bona communis vita sanctorum,  
sic multa mala affert societas malorum.

Hysidorvs dixit:

...Hii qui superna patriam desiderant,  
non solum malorum mores, sed et consorcja, fugiunt.

Si fueris socius conuersacionis bonorum, eris et uirtutis eorum;

similis enim simile coniungi solet.  
Periculosum est uita cum malis ducere,  
perniciosum est cum his qui prae uoluntatis sunt sociare.  
Melior est malorum habere odium quam cumsorcium.  
Sicut multa bona communis uita sanctorum,  
sic plura mala adfert malorum.

Defensor Locociagensis, *Liber scintillarum*, 63.16-17  
(CCSL 117, H. Rochais ed., p.198).

Malorum tam praua sunt opera manifesta,  
ut hii qui supernam patriam desiderant,  
non solum mores eorum, sed et consortia fugiant.

Isidorus Hispalensis, *Sententiae*, 3.17.2 (CCSL 111,  
P. Cazier ed., p.246, ll.7-9).

Si fueris socius conuersationis, eris et uirtutis.  
*Qui cum sapientibus graditur, sapiens est;*  
qui cum stultis, stultus est.  
Similis enim simili coniungi solet.  
Periculosum est uitam cum malis ducere,  
perniciosum est cum his qui prae uoluntatis sunt sociari.  
Melius est habere malorum odium quam consortium.  
Sicut multa bona habet communis uita sanctorum,  
sic plurima mala societas affert malorum.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.44b (CCSL 111b,  
J. Elfassi ed., pp.98-99, ll.448-459).